☞ i HOC delibutis. ordo eſt Vlta pellicē donis delibutis hoc ſcilicet allio. Glaucem autē dixit creontis filiam quā dū reuerſus a colchis iaſon voluit accipere vxorem propter amorem iaſonis medea repudiata dolore obliuionem corone malefica arte compoſite incendit & occiſis filiis medo & merinero dolorem ſuum vlta ipēnatis drocombus fugit vecta & medeam conſtituit ciuitatem. de quo late Ouidius li.vii.meth.

k NEC tantus ſyderum. ideſt nō tanto ardore ſolis ſiccari apuliam dicit quanto ardore alliū comedentium viſcera peruri.

perpetuum herculis epitheton
l
Nec munus humeris efficacis herculis

Inarſit eſtuoſius.
m
At ſi quid vnquam tale concupiueris
iocos gaudens
Iocoſe mecœnas precor
eſt
Manum puella ſuauio apponat tuo
exterioreparte lecti
Extrema & in ſponda cubet.

l NEC munus herculis. Neſſus cẽtaurus vim deianyræ vxori herculis īferre voluerat. At hercules ſagittis ex ſangue hidrino infectis neſſum interfecit. Moriens autem neſſus vltionem parauit. Perſuaſit enim deianiram vt veſtem ſuam illo ſanguine iã infectam ſeruaret affirmans eã illi vim ineſſe vt ſi quando hercules aliam amaret mulierem et ea veſte indueret. ſtatim eo amore ſolueretur. Credidit deianira et cum occupatus eſſet hercules ſiue omphales ſiue ioles amore miſit veſtẽ ignara euentus ignarus et hercules induit. indutuſq; ab ea exuſtus eſt. videto Ouidiũ libro. ix. metha.

m AT ſi quid. Oſtendit tandẽ ridicule hec ſcripta eſſe cũ poſt tantas tragedias huc euadat vt ſi quando mecœnas alium cõmederet puella viroſum anhelitum ſuum effugiẽs opponat manum oſculo.

Argumentum odes. IIII

P Oeta in Menam libertum inuehit. Is. n. pecunia ſupbus erat & in ordine equeſtri receptus. tribunuſq; militũ factus. Acron autem & porphirio ſcribunt Menam Gn. pompeij magni libertũ fuiſſe. Deinde apud ſextũ pompeiũ magni filiũ manſiſſe. q̃ quidem exercente pyraticã ad auguſtũ p̄fectus claſſis relicto ſexto confugit iterum poſtea ad Sextum reuerſus eſt, rurſus illo relicto ad auguſtũ redijt. a q̃ tribun⁹ militũ factus eſt. De quo etiã Suetonius. Hoc dicit.

Ode IIII. i menã libertũ

a i. ex ſortito naturaliter
l Vpis & agnis quanta ſortito obtigit
mihi horatio.
Tecum diſcordia eſt
b ſpẽs pge. c
Ibericis peruſte funibus latus
ferrea
Et crura dura compede:
ſ. tu mena
Licet ſuperbus ambules pecunia
d
Fortuna non mutat genus
e
Vides ne ſacram mentiente te viam
hoc eſt ſex vlnarum toga
Cum bis ter vlnarum toga

a LVPIS & agnis. Senſus eſt Dicit poeta tãtam eſſe diſcordiã inter eum & menam libertum. quanta ſit. lupis & agnis.

b IBERICIS funibus. Oſtendit non ſolum ſeruũ fuiſſe. quod non illius ſed fortune vitium dici poſſet. ſed nequã ſeruũ quod illi & nõ fortune attribuẽdũ eſt.

c PERVSTE. Abſolute dixit vt oculos ſuffuſa nitentes.

d FORTVNA &c. Nam pecunie ignobilem non valent nobilitare.

e VIDES ne ſacram. ordo eſt videſne vt liberrima indignatio vertat huc et huc ora euntium te mentiente ſacram viam.

Vt ora vertat huc & huc euntium
f iuſtiſſima
Liberrima indignatio
ceſus virgis
g h
Sectus flagellis hic triumuiralibus
i
Preconis ad faſtidium.
k
Arat falerni mille fundi iugera:
equis.
l
Et appiam mannis terit;
m
Sedilibuſq; magnus in primis eques
.i. ſpreta othonis lege.
Othone contempto ſedet.
n
Quid attinet tot ora nauium graui
Roſtrata duci pondere
Contra latrones atq; ſeruilem manum
.i. latrone & ſeruo
Hoc hoc tribuno militum.

f LIBERRIMA indignatio. Significat autẽ populum ex indignatione quod ille oblitus cõditionis tã magnificus incedat detorquere ab illo aſpectum. & bene liberrimã indignationem dixit quod libere ac palam hũc videntes in ſeruitutẽ inuehũtur.

g SECTVS flagellis. Orationem a Mena auditores conuertit ex idignatione. Iuuenalis ſat. vi. de mulierum ſeuitia in ſeruos ait. Sic frangit ferulas rubet ille flagellis hic ſcutica &c.

h TRIVMVIRALIBVS innuit menam publice quoq; in maius dedecus fuſtigatũ. Triũuiri enim ſupplicijs preerant.

i PRECONIS ad faſtidium: ideſt tamdiu ceſus donec etiam preconi faſtidio eſſet.

k ARAT falerni mille &c. Sũma indignatio quod ſceleſtus et ſordidus vir tam ſit locuplex.

l APPIAM. Preclariſſime ſũt vie vt Strabo ait li. v.

m SEDILIBVS. in quatuordecim ordinibus. Roſcius enim otho tribunus plebis legem tulit. ne quis ſederet intra quartũdecimũ theatri gradum. niſi cuius auo patriq; genuo quadraginta ſextercia fuiſſent. Ergo contẽpto othone. ideſt lege ab othone lata qua non ſat erat habere quadraginta ſextercia. quia pater eius ingenuus nõ fuerat. imo neq; ipſe.

☞ n QVID attinet. Senſus eſt. fruſtra pugnatum eſſe aduerſus ſeruilem manũ ſpartaci. fruſtra aduerſus piratas. ſi mena qui & ſeruus & pirata fuerit tribunus militum fiat.

Argumentum odes. V

h Ac ode in Canidiam veneficam ſcribitur. ea quippe adamans Varũ a quo ſpernebatur pretextatum puerũ: cum ſagana veia & folia veneficis mulieribus dam ceperat. ſpoliauerat. in foſſam vſq; ad mentum cum incantata aqua immerſerat. quo ex illius fame deficiẽtis medulla & iecore amoris poculum parare poſſet. puer autem ſalutis expes diris imprecationibus illas eſt inſecutus. De eadẽ vero canidia latius epodo. iij. Preterea de Canidia & Sagana late idem horatius ſcripſit in ſatyra octaua primi libri vbi incipit Carmen. Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla Canidiam. &c. H. d.

Ode. V. in Canidiam veneficam.

pueri verba ad deos.
o b
a T o deorum quicquid in celo regis

Terras & humanum genus
cupit mulerum furor

Quid iſte fert tumultus & quid omnium
nam omnes ille venefice ini/mico animo ſpectabant

Vultus in vnum me truces.
c
Per liberos te ſi vocata partubus
legitimis filijs
d e
Lucina veris affuit.
vanum non enim ſibi pſuerat
f
Per hoc inane purpure decus precor
.i. vindicaturum. nam humane victime ioue accepte eſſe non poterant
Per improbaturum hec iouem:
ſicut inſpicis.

Quid vt nouerca me intueris, aut vti
g
Petita ferro belua.

Vt hec trementi queſtus ore conſtitit
hoc eſt pretexta & aurea bulla.
Inſignibus raptis puer
.i. ſine pilis ſcz tale erat
Impube corpus: quale poſſet impia
demulcere h
Mollire thracum pectora
non longis.
i
Canidia breuibus implicata viperis

Crines & incomptum caput
k
Iubet ſepulchris caprificos erutas
luctuoſas
l
Iubet cupreſſos funebres:
m grandis
Et vncta turpis oua rane ſanguine.
que nocturno tempore volant
n
Plumamq; nocturne ſtrigis.
q̃ in ponto eſt intelligitur
o
Herbaſq; quas colchos atq; iberia

Mittit venenorum ferax.

Et oſſa ab ore rapta ieiune canis
quales medea tractauit apud colchos
Flammis aduri colchicis:

a AT o deorum. Canidia fue/rat neapolitana mulier peſſima venefica. huius ergo neocramā/tiam de puero factam ſub nomine canidie vituperat. inducit au/tem puerum ab illis ſurreptum. & ad imolationem paratum ſuas miſerias conqueritur & in canidie ſociarumq; crudelitatē inuehitur. loquitur ergo puer. At expaueſcentis.

b QVICQVID in celo regis. ideſt o omēs dii qui regitiſ terras & humanum genus.

c PER liberos te. Canidiam puer orat iam ſe capientem.

d LVCINA. Hanc grauide inuocabant quoniam ex actis mēſibus lucē naſcentibus iuno prebet vnde appellatur Iuno lucina ab iuuando et luce vt Varro docet. Multa etiam Macrobius li/bro. vii. ſcribit.

e VERIS partubus. ideſt legittimis filiis. vel non fictis partu/bus. per quod innuit eam vel nō peperiſſe. vel ex adulterio con/cepiſſe.

f PVRPVRE decus. Pretextā intelligit patriciis enim bulla aurea cū toga cui purpura pretextebatur vtebantur cordis autem figuram in bulla ante pectus an/nectebant. vt illam inſpicientes ſe homines cogitarent ſi corde preſtarent Togam vero pretextā ferebāt. vt ex purpure rubore ingenuitatis pudore tegerentur vt ſcribit Macro. li. i. ſat.

g PETITA ferro belua. Leo/nem intelligit vulneratus eni mira obſeruationem percuſſorem nouit. & in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui tela miſerit. ſed tamen non vulnera/uerit correptum raptumq; ſter/nit nec vulnerat auct. Pli. li. viii.

h THRACVM pectora. Sūt enī thraces bellicoſiſſimi & crudeles hinc polidorus lib. iii. en. enee ait. heu heu fuge crudeleſ terras. Mela etiam ſcribit thraces feroces eſſe & immites.

i VIPERIS. Vtebatur igitur viperis pro vittis.

k CAPRIFICOS. Eſt capri/ficus e ſilueſtri genere ficus nun/quam matureſcens. eius virtu/tes ſunt plurime. Quarum vna eſt. quod caprificus ferociū tau/rorum collo circumdata in tan/tum rapidam naturam compeſcat. vt immobiles preſtet. Multa etiam Pli. li. xxiii.

l CVPRESSVS funebres. Cupreſſus diri ſacra eſt & ideo fu/nebri ſigno ad domos poſita vt Pli. li. xxiii. ſcribit.

m ET vnctis turpis oua rane & c. Non rane oua. ſed vncta rane ſanguine. Rana enim infernū & venenoſum animal eſt. vt Iuuena. Et ſtygio ranas in gurgite terras. Tales etiam rane vulgo rubete dicuntur & magis vene/noſe ſunt. de quibus Iuue. ait. Ranarum viſcera nunq; inſpexi & idem alibi. Miſcet ſitiente rubetā

n STIRGIS nocturne que nocturno tempore volant. de qui/bus Naſo li. faſt. vi. inter alia ſic ait. Nocte volāt puerosq; petunt nutricis egentes Et vitiant cunis corpora rapta ſuis.

o COLCHOS atq; iberia. He regiones ſibi coniuncte ſunt in ponto prouincia ad ſeptentrio/nem de quibus late ptolo. li. v. in ponto autem eſt prouentus ma/lorum graminū hinc Vir. in b. has herbas atq; hec ponto mihi lecta venena. Ipſe dedit Moeris naſcuntur plurima ponto.

succincta p.n.veneficiis alterius
At expedita ſagana per totam domum
p
Spargens auernales aquas
erectis
Horret capillis vt marinus aſperis
piſcis nomen
r
Echinus, aut currens aper
.i.remota .i.cognitione ſui ipſius cordis
Abacta nulla conſcientia
ſ
Ligonibus duris humum
.i.effodiebat
Exhauriebat ingemens laboribus
loco
t
Quo poſſet infoſſus puer
vt puer magis cruciaretur.
Longo die bis terq; mutare dapis.
ineius mortis.diceret ſpectaculu in mulierū inuidiā
q.que ex illius miſerijs voluptatem caperent.
In emori ſpectaculo
manifeſtaret
v
Cū promineret ore: quantū extant aqua
vſq; ad mentum
Suſpenſa mento corpora
ſiccum pueri ſcz
x y
Exerta vti medulla & aridum iecur
Amoris eſſet poculum
interdicto
z
Interminato cum ſemel vixe cibo
defeciſſent
a
Intabuiſſent pupulle.
.i.vehementis
Non defuiſſe maſcule libidinis
p.n.veneficę
b
Ariminenſem foliam.
ſtudijs dedita.
c
Et ocioſa credidit neapulis
ſ.neapoli
Et omne vicinum oppidum
ſ.meretrix folia magica
d
Que ſydera excantata voce theſſala
extrahit
Lunamq; celo deripit
atro
e
Hic irreſectum ſeua dente liuido
ſ.; teretrati
Canidia rodens pollicem

p AVERNALES aquas. petitos ex auerno lacu. nam efficaciam ad illas herbas habere credebantur. et in auerno defunctorum vaticinia fiebant. Multa Strabo. li. v.

r ESCINVS marinus. Eſt hini piſces e cancrorum genere. in quibus ſpine pro pedibus. .i. ingredi eſt iis in orbem volui ora in medio corpore in terram verſa. Pli. lib. ix. id ſcribit. Eſt etiam terreſtris echinus qui erinacius aliter dicitur.

ſ LIGONIBVS. Ligo ruſticum inſtrumentum eſt. dicitur autem quod propter latitudinē ſub terra facilius legitur vt Varro docet.

t QVO poſſet. Ordo eſt. Quo loco puer infoſſus poſſet emori in longo ſpectaculo dapis mutate bis terq; die. puero enim anteponebantur epule ſepius deinde mutabanī vt ſpectando magis puer affligeretur eſuriens.

v QVANVM extant. Ordo eſt. tantum quantum corpora ſuſpenſa ab aqua extant mento.

x EXTERTA vti. Veneficii cauſam explicat vt. ſ. ex pueri viſceribus amatorium poculum facerent.

y IECVR aridum. Horatius iecur aridum appellat Iuue. Vero ſiccum ſat. i. Quid referā quāta ſiccum iecur ardeat ira. quod quidem propter coleram ait que calida eſt & ſicca. Colera autem ab ipſo epate ad fel tranſmittitur ex qua ira commouetur hinc colerici facilius iraſcuntur propter humoris tenuitatem.

z INTERMINATO. Senſus eſt. quod ex pueri medulla et iecore amoris poculum volebāt efficere. cum ſemel intabuiſſent pupullę fixe cibo interminato. ideſt cum iam moriturus eſſet.

a PVPVLLE. Parue oculorū imagines quas phiſici dicunt ante triduum morituris non apparere. Pli. etiam ait li. vii. in oculorum & narium aſpectu indubitata eſſe mortis ſigna.

b ARMINENSEM foliam Nomine virorum libedine calentem.

c OCIOSA neapolis. Innuit predicta neapoli eſſe facta. Nā cratidia neapolitana fuit. Ocioſa autem neapolis a poeta dicitᵉ quoniam vt Strabo li. v. edocet habebat neapolis calidarū aquarum ſcatebras & apparatiſſima balnea. inde plurimi e roma ſeceſſum faciebant aut quietis aut ocii gratia. preſertim qui eruditioni operam darēt. aut remiſſioris vite deſiderio maxime quos ſenectus affligebat vel aduerſa valitudo &c.

d VOCE theſſala. ideſt carminibus quibus vtentes theſſali lunam e celo auocant. Virgi. Carmina vel celo poſſunt deducere lunam.

e IRREFECTVM. Rodebat enim policis ſuperfluum vnguē quem non ſecurat.

f NOX nam magicis nox colitur. quia noctu ſacra ſua peragebant Vir. Tum ſtigio regi nocturnas inchoat aras.

g DIANA. Nā hec dea princeps his rebus adhibetur Virg. Tergeminam hecatem tria virginis ora dianę.

☞ h NVNC in hoſtiles domos. Invariū eſt iprecatio a quo ipſa ſpernebatur. Vnde orat noctem & dianam efficiant illum ſenem quocꝫ adulterum eſſe & ita cruciari amoris impaciencia vt nocturno tempore. quo etiam fere quieſcunt vnguento perunctus per vrbem vagetur ad viſendum meretrices. canes allatrent & omnes irrideant.

i FORMIDOLOSIS. Ordo eſt. Dum fere dulci ſopore languide latent ſiluis formidoloſis canes ſuburane latrent ſenē nardo perunctum quo ideſt vt omnes arrideant adulterum quale ideſt tali nardo quali &c.

q. d. omnia dixit q. d. nihil tacuit
Quid dixit. aut quid tacuit: o rebus meis
conſcie & teſtes
f
Non infideles arbitrę.
f g pro
Nox & diana que ſilentium tegis
ſecreta
Arcana cum fiunt ſacra
vari
h
Nūc nunc adeſte. nūc in hoſtiles domos
ſ. veſtram veſtrā potentiam
Iram atqꝫ numen vertite
beſtie
i
Formidoloſis dum latent ſiluis ferę
feſſe
Dulci ſopore languidę:
Senem quo omnes irrideant adulterum
ſic dicta a loco.
Latrent ſuburane canes
.i. nardino vnguento p quo
Nardo perunctum quale non perfectius
pro laborauerunt
Mee laborarunt manus
k
Quid accidit. cur dira barbarę minus
Venena medeę valent.
potens
Quibus ſuperba fugit vlta pellicem
Magni creontis filiam
.i. veneno
m ſ. medee
Cum palla tabo munus imbutū nouam
per incendiū creontis filiam ſcꝫ
perdidit
Incendio nuptam abſtulit.
certe
n
At qui nec herba. nec latens in aſperis
alicuius herbe
Radix feſellit me locis.
o
Indormit vnctis omnium cubilibus ☞
meretricum
Obliuione pellicum
dolentis.
Ah ah ſolutus ambulat veneficę

k QVID accidit. Cū iam peractis ſacris ſenex veniret. miratur canidia. cur illa ſacra que eadem ſunt quibus vſa eſt medea cum regiam creontis excuſſit nō poſſint peruertere mentem ſenis cū illud maius fuerit.

l VLTA pellicē. Expulſa medea iaſon glaucam creontis regis corynthi filiam duxit vxorē qua propter irata medea per filios dona quedam venenis illita ſponſę miſit que cum illa corpori applicuiſſet incidit in morbū paterqꝫ filie auxilium ferens cū corpori illius heſiſſet illico expirauit. Auctor eſt Diodorus li. v.

m PALLA. Erat palla honeſte mulieris veſtimētum. hoc eſt tunice palliū vt marcellus aſſerit

n ATQVI. ASSErit ſe nihil omiſiſſe de illis que medea egerat. miratur igitur cur voti compos non fuerit.

o INDORMIT vnctis. Ordo eſt. Indormit varus cubilibus vnctis obliuione omnium pelicum. putat enim aliam veneficam id egiſſe. Vt varus. ſ. amore liber omnium ſit oblitus meretricum &c.

p NON vſitatis. Ordo eſt. O Vare appoſitio caput fleturum recurres ad me potionibus non vſitatis, nec mens tua redibit ad me vocata vocibus marſis. q. d. adhibeo potiones efficaciſſimas & aliis incognitas quibus coactus ita ad me recurres. vt tua mēs iam a me inſana affecta nō poſſit redire. ſ. ad ſanum. quamuis reuocetur vocibus marſis. ideſt potentiſſimis carminibus qualia marſi ſiciunt. nā hos populos conſtat a marſia Circes filio origenem traxiſſe. & a Circe que ſuis veneficiis homines in omnia monſtra vertere poterat illa didicerant.

q MAIVS parabo. Quoniā hoc nihil proficio quod erit tante efficatie quod prius celum ſidet. ideſt reſidet inferius mari terra porrecta ſuper ideſt ex parte ſuperiore quoniā tu nō ita amore vtaris vt bitumen vtitur ignibus quos atros appellat quoniā ex multum vnctuoſa ignes nigreſcunt propter nimium vaporem qui illis admiſcetur.

☞ r BITVMEN. Liquidū quod naphatham vocāt igni ad modum corripit ignis. & ſi corpus eo illitum igni admoueris deflagrat. nec aqua vllo pacto extingui poteſt. ſed magis ardet niſi valde multam ſuperinfuderis, nigrum bitumen babilonii. in lucernis pro oleo vrebant. hec ex Strabonis li. xvi.

r MISIT thyeſteas preces. ideſt talia illis imprecatus eſt. qualia tragici inducūt thyeſtem aduerſus fratrem imprecari. Optime autem thyeſteas preces. quoniam eius filii perierant. vt hic puer nunc perit.

Scientioris carmine

veneficiis meis

Non viſitatis vare potionibus

rauceſ aduerſum quem aggredi vehementiora diſponat. ita vt alienus mente voluntati eius neſcius reperiatur.

O multa fleturum caput

Ad me recurres: nec vocata mens tua

efficaciſſimis.

Marſis redibit vocibus.

ſ. veneficium

Maius parabo. maius infundam tibi

vt etiam, vis poculi carminibus adderetur

Faſtidienti poculum.

ante inquit ipſis elementis rerū natura mutabitur quā non ita varus amore meō ardeat vt igni bitumen appoſitum.

Priuſq; celum ſydet inferius mari

Tellure porrecta ſuper.

Quam non amore ſic meo flagres vti

Bitumen atris ignibus.

.i. dum hec agerentur — blandis

Sub hec puer non iam vt ante mollibus

p lenibat — veneficas

Lenire verbis impias

Sed dubites vnde rumperet ſilentium

.i. diras imprecationes

Miſit thyeſteas preces.

q. d. quātuis venena multa poſſunt. non tamen valent merita in contrarium vertere

Venena magnū fas nefaſq; nō valēt ☞

Conuertere humanam vicem

execratōnibus

Diris agam vos dira deteſtatio

nullo ſacrificio expiari. i. purgari poteſt.

Nulla expiatur victima.

inſuper

Quin tibi perire iuſſus expirauero

pmitte ſe in eos ſeuiturum poſt mortem

Nocturnus occurram furor,

Petamq; vultus vmbra curuis vnguibus

.i. furiarum ergo multo magis timendum.

Que vis deorum eſt inanium

Et inquietis aſſidens precordijs

Pauore ſummos auferam.

ſ VENENA magnum. Ordo eſt. Venena non valent conuertere humanam vicem appoſitio magnum fas & nefas. ideſt meritum & poenam cuiuſq;. Eſt enim ſenſus quod venena licet multum poſſint efficere attamen nullo pacto conuertent cuiuſq; merita. nā vel premiis vel penis afficientur oino merentes.

t NOCTVRNVS occurrā furor. Indignatio & ira. Ouidius item ait in ibin. Tum quoq; cū fuero vacuas dilapſus in auras Exanimis manes oderit vmbra tuos. Quicquid ero ſtigiis erumpere nitar ab vndis. Et tendam gelidas vltor in ora manus. Me vigilans cernes tacitis ego conditus vmbris. Excutiam ſomnos viſus adeſſe tuos. Deniq; quicquid ages ante os oculoſq; volabo. & querar & nulla parte quietus eris.

v INQVIETIS precordiis. Hinc iuuenalis ſat. xiii. ait de periuris et ſceleſtis. Cur tamen hos tu euaſiſſe putes. quos diri conſcia facti. Mens habet attonitos. & ſurdo verbere cedit. Occultū quaciente animo tortore flagellum. Philoſophus ait. Stultos malorum memoria torqueri.

R

x VOS turba. Ordo eſt. Turba hominum. ſ. vicatim hinc et hinc ſaxis petens contundet vos appoſitio obſcenas anus. huius autē furoris ipſe cauſa erit. vt populus. ſ. eas ſaxis opprimat ſcelerum cauſa.

y EXQVILINE alites: idest que exquilias vnum ex ſeptē romanis collibus habitabāt. dicte autem ſunt exquilie vel ab excu

f ſ. hoim g vicos
Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens
diminuet
Contundet obſcenas anus:
addit penas quas luent in vita ignominiā quam poſt mortem ſubibunt
Poſt inſepulta membra different lupi

y
Et exquiline alites.

z
Nec hoc parentes heu mihi ſuperſtites

Effugerit ſpectaculum.

biis quas reges antea quam locus ille moenibus cinctꝰ eſſet. illi agi iubebant. ſeu ab eo quod excultę ab rege Tullo eſſent vt Varro docet.

z HEV mihi & c. Dolentis interiectio dolet enim parentū. dolet item ſe harum ſcelere ſuperſtitem parentibus ſuis eſſe nō poſſe. aut equum eſt euntibus ordine fatis.

Argumentum odes. VI.

h Ac ode in maledicum ſcribitur. qui in externos & infimos quietoſq; potius quam in ciues & fortes timenda voce latrabat, hortatur eum horatius vt in ſe ſi poteſt vertat inanes minas. nam emorſurus eſt non enim vt puer flebit. ſi quis eum atro dente petierit. Hoc dicit:

Ode. VI. in Maledicum

a QVID immerentes. Eſt autem ordo. tu canis ignauus aduerſus lupos quid vexas immerentes hoſpites.
b LVPOS. fortes viros. et qui remordere poſſunt.
c NAM qualis. Ordo eſt. Nā talis qualis aut moloſſus canis aut fuluus lacon. appoſitio vis amica paſtoribus ſublata aure per altas niues agam. ſ. ferā quecumq; fera precedet. per id autē oſtendit ſe ſagacem eſſe nec vnquam precedentem feram dimiſſurum. hoc eſt ibi nocentem aliquem relicturum quin vicē reddiderint. cōparat ſe demū opti

a peregrinos fatigas
q Vid immerentes hoſpites vexas canis
b
Ignauus aduerſum lupos
potius
Quin huc inanis ſi potes verte minas
Et me remorſurum pete.
c d canis ex laconia
Nam qualis aut moloſſus. aut fuluus lacon
e ff
Amica vis paſtoribus
de ſe poeta hoc dicit. ſignificans non defuturam ſibi lingue amaritudinem ſi prouocetur alicuius improbitate
Agam per altas aure ſublata niues
Quecunq; precedet fera.

mis canibus illum vero ignauis & clamoſis tantummodo.
d MOLOSSVS aut lacon. Nam in epyro & laconia erant optimi canes. legitur apud Plinium canem moloſſum percuſſorem domini laniatu & latratu indicaſſe.

e AMICA VIS paſtoribus. Ephexegeſis eſt ſuperiorum. per appoſitionem igitur leges dicit enim moloſſum canem & laconem eſſe vires amicas paſtoribus per eos namq; et ab lupis, et a furibus tuei redduntur.

f PROIECTVM odoraris cibum: Methaphora eſt per id enim ignauũ eſſe innuit. verbis namq; magna oſtendit deinde re minima acquieſcit. vt canes ignaui ſolẽt obiecto cibo. quod moloſſus aut lacon non facerẽt vbi latrat⁹ emiſerint fera aliqua precedente.

g TOLLO cornua. Mutat tranſlationem. & dicit ſe ſimilẽ tauro qui cornua tollat in eos q ſibi maledicunt.

h QVALIS lycambe. Datiui caſus, archilochũ ſignificat qui

Tu cum timenda voce compleſti nemus
f
Proiectum odoraris cibum
Caue, caue namq; in malos aſperrimus
g
Parata tollo cornua.
h
Qualis lycambe ſpretus infido gener
i
Aut acer hoſtis bubalo
maledico horati ũ.
An ſi quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo puer.

lycamben ꝓbroſis carminibus vſq; eo inſectatus eſt. vt ille mortem ſibi conſciſceret. hoc autem eo fecit quod ille filiam in matrimonium promiſſam mox denegaſſet.

i ACER hoſtis babulo. Hipponactem ſignificat qui babuli filiam nuptum peiit & pro deformitate eſt contemptus illud tamen verius volunt babulum fuiſſe pictorem hic hipponactẽ quendam poetam deformẽ pro riſu pinxit quo ille furore cõmotus tali eum carmine percullit vt ſe laqueo ſuſpenderet.

Argumentum odes. VII.

h Ac ode Romanos arguit ciuile bellum inſtaurantes de quo tamen intellexerit nõ facile dignaſci poteſt. De bello quidem Actiaco contra Antonium & cleopatram intelligere magis placet Id enim finis armorum ciuilium fuit. De quo etiam primo epodo horatius meminit. Hoc dicit.

Ode. VII. deteſtatur ciuile bellum.

k QVOQVO ſceleſti. Eleganter in tumultu ab exclamatione incipit. ad eos autem dicit qui furioſa mente inſtaurare bellum ciuile conantur.

l ENSES conditi. Poſt caſſii & Bruti & Sexti pompeii interitum qui erant bella ciuilia itaq; omnis romanorum vis atq; poteſtas ad duos tandem Antoniũ

ſine conſilio quidem
k vestris
q Voquo ſceleſti ruitis. aut cur dextris
ſ. ictum .ſ. vaginis incluſi.
l
Aptantur enſes conditi:
terris mari
Paruum me campis atq; neptuno ſuper
romani
Fuſum eſt latini ſanguinis
ideo capta ſenſes dextris
m
Non vt ſuperbas inuide carthaginis
ſ. ... er.
Rhomanus arces vreret

ſcilicet & Auguſtum ceſarem peruenerat vt apianus libro. vii. meminit.

m NON vt ſuperbas. Nã eſſet laudandũ bellũ aduerſus ſuperbos hoſtes ſumptum. vt contra vituperandum eſt. ſi geratur cõtra ciues.

☞ n BRITANNVS Ptolomeus li.ii.ſcribit in inſulis britannię nec montes neq; paludes neq; fluuiorum fontes eſſe.

o SACRA via. nã via ſacra perducebat a porta triumphali ad capitolium per quam procedebat triumphus.

p SECVNDVM vota parthorum. Qui occiſo Craſſo metuebant romanos, niſi bellum ciuile emerſiſſet.

☞ q NEq; hic lupis. Senſus Fere non faciunt quod vos o romani. ſanguinem inuicem petẽtes. nam fere que ſunt eiuſdẽ generis habent inter ſe pacem, diſpares ſe inſectantur.

ante inuictus
n
Intactus vt brittannus vt deſcenderet
ſic enim ducebantur reges captiui in triumpho
o
Sacra catheniatus via.
deſideria
p inimicorum
Sed vt ſecundum vota parthorum ſua ☜
roma
Vrbs hec periret dextera:
q ſ. vt ſeipſi perſequerentur
Neq; hic lupis mos nec fuit leonibus
hoc eſt in diuerſam naturam.
Vnquam niſi in diſpar feris
ineptus ira .i. fatalis neceſſitas,
Furor ne cecus. an rapit vis acrior
r
An culpa reſponſum date
palloris epitheton
ſ
Tacent & albus ora pallor inficit
conſcientie
Menteſq; perculſe ſtupent
t t eorum ire perſequuntur
Sic eſt. acerba fata romanos agunt ☜
hoc eſt romuli
v
Sceluſq; fraterne necis
poſtq̃ innocentis
Vt immerentis fluxit in terram remi
execrabilis poſteris
x
Sacer nepotibus cruor:

☞ r AN culpa. Velut interroget cauſam furoris:

ſ TACENT. Fingit nõ reſpõdere interrogatos. quod penitentie pudoriſq; ſignum ſit.

t SIC eſt. Concludit a fato ſuiſſe bellum & culpam contractũ a romulo. qui fratrem Remum dominandi cauſa interemit.

v SCELVS fraterne necis. De romulo & remo vide Liuium de quo etiã Lucan⁹ fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

x SACER nepotibus. id eſt execrandus & horrendus. nã ſuo cruore id erant expiaturi.

Argumentum odes. VIII.

h Ac ode anum arguit eum interrogantem cur ad venerem tardus eſſet. Cum ipſa deformis & euo putrida cauſam preberet Itaq; eius vitia exprimit. Satis tñ obſcena ſunt q̃ hac ode dicunt.



Ode .VIII. in anum impudicam.

corruptam
a   longa etate
R Ogare longo putidam te ſeculo
.i.que res
debilitet
Vires quid eneruet meas:
niger
b   c
Cum ſit tibi dens ater:& rugis vetus
ſ.tuam   deſignet
Frontem ſenectus exaret.
dehiſcat
Hietq; turpis inter aridas nates
dure
d   e
Podex velut crude bouis.
relaxate
f   horum   g
Sed incitat me pectus & mamme putres
tales
Equina quales vbera
rugoſus   inflatis
h   i
Venterq; mollis & femur tumentibus
gracile
Exile furis additum
diues
k
Eſto beata: funus atq; imagines
precedant
Ducant triumphales tuum
ſponſo aliqua
ſ.vlla
Nec ſit marita que rotundioribus
gemmis
Honuſta baccis ambulet.
l
Quid quod libelli ſtoici inter ſericos
ceruicalia
Iacere puluillos amant
dureſcunt
Illiterati num minus nerui rigent
priapus ipſe.
Minuſue languet faſcinum
faſtidienti
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine
aut lingua aut blandimentis
Ore allaborandum eſt tibi.

a ROGARE longo. adde nō pudet. Eſt eni figura Apoſiopeſis. ideſt interruptio ſiue poti⁹ Synechdoche fit enim cum ſubtractum verbum aliquod ſatis ex ceteris intelligitur. in apoſiopeſi vero quid taceat incertū eſt. Fit autem interceptum ſilentiū cum quis iraſcitur aut perturbatur. his eni affectibus tantum ſermonis defectio congruit.

b DENS ater. Naſo lib.iii. de arte inquit. Quid ſi precipiā ne fuſcet inertia dentes oraq; ſuſcepta mane lauentur aqua.

c RVGIS exaret. Idem naſo li.iii. ait. Quam cito me miſerum laxantur corpora rugis. Et perit in niueo qui fuit ore color.

d PODEX. Pudēda pars corporis. vt Iuue. Et podice leui.

e CRVDE. ideſt fluxum ventris propter cruditatem patientis tunc enim magis hiare videtur.

f SED incitat. Pulcherrima ironia eſt in qua ſententia verbis contraria eſt.

g PVTRES non turgentes et ſtantes vt puellis.

h VENTERQVE. alium dicimus. quo ſordes decidūt. hinc purgare alium vterum vbi foetus qua propter in ſola foemina eſt. Ventrem tumorem qui illis partibus turgeſcat. Iuue. Montani quoq; venter adeſt abdomie tardus. Et vniuerſū illud quod illibus pube & lateribus terminatur ventrem appellamus.

i FEMVR. Femenq; a vertebro ad genua pertingunt externe interneq; Sed femen infra gena vſq; ad iuncturam pedis videtur extēdi plautus in aſinaria Quibus obtrite ad foemina erāt vngule. diciq; femen a flectēdo

k ESTO beata. Sis inquit poeta & diues & nobilis & gemmis ornata precioſiſſimis non tamen effugies quin anus ſis & deformis. Erat autem conſuetudo priſca. vt gentilium ſtatuę funera eorum qui eiuſdē eſſent gētis in pompa ſequerentur.

l QVID quod libelli ſtoici. Eſt autem ſenſus quid eſt vel quid ſignificat vel quid dicam. quod ſtoicos libros in puluillis habeſ An propterea minus dureſcunt nerui illiterati vel minus languet faſcinum. ideſt ipſe priapus. Illiterati autē nerui videbantur eſſe ſine illorum librorum preſentia ipſa autem vt docta videretur illud agebat quo magis inde amaretur. Sed quoniam anus erat et turpis nihil iuuabat ad neruorum tentiginem. Nerui enim litteras neſciunt nec litterarum ſtudium habent aut appetunt. itaq; ore potius illi erat laborandum

Argumentum odes.ix

m Arcus Antonius poſt parthos cleopatre amore ductus. quaſi bene geſtis rebus in regio ſe ſinu reficiebat. Aegiptia mulier ab ebrio imperato re precium libidinum Romanum imperiū petijt. Promiſit Antonius: veluti hec omnia latius ſcribuntur ab. L. Floro. Itaq; in patriam pugnaces nauis quingentes naues duxit auctore Plutarcho: peditum milia centum. Equitum milia. xxij Antonio igitur circa actium epiri promontoriū nauis habente ceſar Auguſtus illuc duxit nauis pugnaces. ccl. Peditum. lxxx. milia Equitum ferme Antonio numerū inter pugnandū autem naues. lx. Cleopatre: que poſt magnas naues collocauerant velis ſublatis per medios pugnantes fugam arripuerunt. Antonius poſt habitis omnibus in quinqueremē ꝓſiluit. & cleopatram inſecutus eſt: itaq; ad tenerum appulerunt. Antoniana claſſis egre decima hora ſuperata eſt. Mortui non fuere ſupra quinquaginta milia. Capte autem naues trecente Exercitus item omnis victori ſe dedit. Poſt hec ceſar ab Actio profectus athenas ijt. Hac igitur letus victoria horatius mecœnatem alloquitur ſuum vt vna optimo vino quam primū gaudeant. ſicut etiam paulo ante victo Sexto pompeio fecerant. Arguit inde Antonium quod muliebri imperio ſe ſubdiderit cum liber eſſet & alter orbis imperator: puerū tandem hortatur optima vina miſceat Iuuat enim mero dulciſſimo curam & metū rerū ceſaris ſoluere. Penultima etiam ode li. i. de Antonij & cleopatre clade plurima idem horatius meminit. Hoc dicit.

Ode. ix. Ad Mecenatē De auguſti victoria in Antoniū et cleopatram

a QVANDO repoſtum (Ordo eſt. O beate) mecœnas letus ego victore ceſare. quando ſub alta domo ſic ioui gratum tecū bibam tecubum repoſtum ad feſtas dapes.

b CECVBVM (Sinui caietano contiguum erat cecubū oppidum. Verum cecubum & fundanum. & ſetinum ſicuti phalernum & albanum inter nobilia numerantur Auctor eſt Strabo vide etiam li. i. ode. xx.

.i. ſeruatum vinum.
q Vādo repoſtū cecubū ad feſtas dapes
.ſ. auguſto
Victore letus ceſare
.i. in alta domo
Tecum ſub alta ſic ioui gratum domo
Beate mecœnas bibam
quod eſt artificis miſcere lyre tybiarum ſonitus
Sonante mixtū tibijs carmen lyra

c SVB alta domo. Intelligit enī mecœnatis turrim. ex qua Nero incendium vrbis proſpectauit.

d SIC. Vt ceſaris victoria gaudeamus.

e IOVI gratum. Eius enī numine vicerat Auguſtus.

f HAC dorium. Dorus dorienſes parnaſo affines habitatores conſtituit ſibiq; ſuperſtites a ſe vocatos reliquit. quod Stra. li.viii. Et Pli.li.vi.ca.ii. Tris tantum gentes grecas iure dici doricam. Ionicam. Eolicam. ceteras barbarorum eſſe.

g DVX neptunius. Sex pompeius intelligitur quem appellat ducem marinum. quoniam predonibus mari dominabatur.

h FVGIT vſtis nauibus. Nauium quippe pompeii octo ſupra .xx. merſe ſunt. relique aut cōbuſte. aut redacte in poteſtatem ſeptem & decem dumtaxat fuga dapſis. quibus e maſſana in pontum ad Antonium ſe contulit. Sed mileti a Titio Antonii prefecto interemptus eſt.

i MINATVS vrbi vincula. duplici nota afficit pompeium. & quod bellum patrie inferet. et quod ſeruos in epiro & alibi cōuocaret. vt eos contra patriam amaret.

k ROMANVS. Ordo eſt. romanus miles emācipat⁹ fert vallum & arma fœmine. & poteſt ſeruire rugoſis ſpadonib⁹ eheu poſteri negabitis. Redit autem ad Antoniū & eius milites. qui emancipati. ideſt liberi poſſint ſe in libertatem vindicare valeant.

l POSTERI negabitis. Sunt adeo fœda & indigna hec vt. ſ. romanus miles fœmine & ſpadonibus ſeruiret. vt vix credi ab vllo poſſunt aut debeant.

m VALLVM. ipſa munitio dicitur. Nā valli ſunt fuſtes. quibus vallū munitur ſeu per vallū & arma fœmine intelligit aureū ſceptrum et diadema regine. que omnia antonius gerebat. cum purpurea veſte ingentibus gemmis aſtricta. vt ſcribit florus.

n CONOPEIVM. id velum erat qua in egypto ad arcendos culices vtebantur vt ſcribit herodotus & porphirio.

o HOSTILIVM nauiū puppes. Sexaginta cleopatrę naues intelligit que quidem dum naua

doricum grecū — phrigium
f
Hac dorium illis barbarum
oppreſſus in freto ſiculo ab agrippa
Vt nuper actus cum freto neptunius
g h
Dux fugit vſtis nauibus.
romane
i
Minatus vrbi vincula que detraxerat
Seruis amicus perfidis
k l
Romanus (eheu poſteri negabitis)
ſui iuris
Emancipatus feminę
.i. gerit curam bellici apparatus cleopatre
m
Fert vallum & arma miles & ſpadonib⁹
longeuis
Seruire rugoſis poteſt.
Interq; ſigna turpe militaria
n
Sol aſpicit conopeum
.i. aduerſus romanū militem, vic3. m. antonium.
Ad hunc frementes vertere bis mille eq̄s
qui erant in exercitu ceſariano
laudantes
Galli canentes ceſarem
in tuto loco
o
Hoſtiliumq; nauium portu latent
ſ. ad alexandriam
veloces
Pupes ſiniſtrorſum citę.
expectas
p
Io triumphe tu moraris aureos
integras
Currus & intactas boues
in quo de iugurtha triumphauit marius q
Io triumphe nec iugurthino parem
r
Bello reportaſti ducem.
ſ quam de carthagine triumphauit
Neq; africanum cui ſuper chartaginem
Virtus ſepulchrum condidit
t
Terra mariq; victus hoſtis punico
v
Lugubre mutauit ſagum
ſic vir. centum digeſta per vrbes.
x
Aut ille centum nobilem cretam vibibus
non pſperis
Ventis iturus non ſuis
y
Exercitatas aut petit ſyrtes noto

le certamen haberetur erant in tuto loco nihil agentes vt ſcribit plutarchus.

p IO triumphe. Io vox eſt ouātis Naſo li.ii. de arte. Dicite io pean & io bis dicite pean. decidit in caſſes preda petita meos.

q PAREM reportaſti ducem Non tanta inquit gloria C. marius. de iugurta triumphauit.

r BELLO iugurthino. Bellū po.ro. cum iugurta rege numidarum geſſit. quod magnū fuit & atrox de quo plutarchus & Saluſtius.

ſ NEQVE africanū & c. Deuicta enim carthagine virtute ſcipionis africani. cū afri aduerſum romanos denuo rebellarent cōſulto oraculo reſponſum eſt. vt ſepulchrū ſcipioni fieret. quod carthaginem reſpiceret. tunc leuati cineres eius ſunt & piramide in vaticano conſtituta et humata in ſepulchro eius in portu carthaginem reſpiciente.

t TERRA mariq; victus. Iā ad antonium poeta redit. quem dicit terra mariq; victum accepiſſe pullatum ſagum. in variaſq; fugiſſe loca. vt auguſti victoriam oſtēdit. dixerat enim victore letus ceſare.

v LVGVBRE mutauit ſagū hoc eſt depoſuit coccineam clamidem antonius qua ſcilicet imperator vtebatur & accepit lugubrem. ideſt nigram. & vtrū ob luctum victarum partium hoc facit. an vt in fuga lateat.

x AVT ille & c. Antoniū denotat qui fugiendo varia loco adiit. petit cretam iturus ventis nō ſuis. hoc ait poeta quoniam Antonius fugiens quinqueremi vt cleopatram aſſequeretur. ab illa in ſua naui receptus eſt. ſicq; ad tenarum appulit. vt docet plutarchus.

y SIRTES. De ſyrtibus ſuperius dictum eſt. multa etiā Strabo meminit li.iiii. multaq; Lucanus libro. ix.

z INCERTO mari. Pro ipſe incertus. vel per incertum mare cuius nomen ignorabat adeo remotum erat.

a CAPACIORES affer. Poſtquam Antonii fugam victore ceſare patefecit. leticię gratia vina optima iubet afferri.

z
Aut fertur incerto mari.
a maiores
Capaciores affer huc puer ſcyphos
b optima vina
Et chia vina aut leſbia
c comprimat
Vel quod fluentem nauſeam coerceat
vinum optimū
Metire nobis cecubum
ſollicitudinem auguſti
Curam metumq; cęſaris iuuat
vino
Dulci lyeo ſoluere.

b CHIA vina. aut leſbia chia vina aruiſia intelligit. Eſt enim aruiſium promontorium chii ex quo vinum quod aruiſium vocant vt ſcribit Pli. lib. xiiii. c. x.

c NAVSEAM coerceat. nauſea proprie vomitus dicitur. tradunt autem optimo vino nauſeam comprimi.

Argumentum odes. x

m Oeuius poetarū peſſimus, tum Virgilij tum Horatij & æmulus. vt & bauius erat. Hinc mœuio nauigaturo tempeſtatem poeta hac ode imprecatur. Hoc dicit.

Ode. x. Imprecatur tempeſtatem in Meuium.

d MALA ſoluta. Ominatur mala nauigaturo Mœuio. Mala. quia in fœminino genere pro malo augurio poniť vt ait acrō.

e OLENTEM. Putidum. vt allia ſerpilliumq; herbas contūdit olentes de quo & Virgi. Qui

p malo auſpicio
d
m Ala ſoluta nauis exit alite
male ꝛ refertur ad famam
e
Ferens olentem mœuium
f tempeſtuoſis
Vt horridis vtrumq; verberes latus
nomen venti
Auſter memento fluctibus
nomen venti
Niger rudentes eurus inuerſo mari
ſpargat
Fractoſq; remos differat.
ventus ſeptentrionalis
Inſurgat aquilo quantus altis montibus

bauium non odit amet tua carmina meui.

f VT horridis vtrumq; auſter & c. lucūde. q. vento preſenti precipiat. & vtrumq; latus nauis vtiq; intelligendum eſt.

g TRISTIS orion. Tēpeſtuoſus in occaſu eni ipſius ſigni maxime tempeſtates emergunt. vt nymboſus orion.

h QVAM graia manus. Talē nauigationis exoptat errorem. qualem poſt troie excidium laborem greci victores pertulerūt aut naufragiū reuerētes in mōte caphareo. Cū pallas vſto vertit iram ab ilio minerua enim ſacerdote ſua ab Aiace viciata irā verterat a Troianis i grecos Vir. Pallas ne exurere claſſem argiuum atq; ipſos potuit ſubmergere ponto. Vnius ob noxam et furias aiacis oilei.

i NON virilis & c. Non eiulabis vt femina pre timore naufragii neq; virilem grauitatem obſeruabis.

commotas arbores illas
Frangit trementes ilices.
obſcura
Nec ſydus atra nocte amicum appareat
.ſ. nocte nimboſus occidit
g
Qua triſtis orion cadit.
ſ. ineuectus mori
Quietiore nec feratur equore
h greca multitudo vel ſocietas.
Quam graia victorum manus
combuſto
Cum pallas vſto vertit iram ab ilio
huius ducis.
nauim
In impiam aiacis ratem.

O quantus inſtat nautis ſudor tuis
mulio violaceus ⁊ croceus
Tibiq; pallor luteus
i planctus rōnis expers.
Et illa non virilis eiulatio
non audientem ⁊ iratum,
Preces & auerſum ad iouem
adriaticus
aquoſo.
Ionius vdo cum remugiens ſinus
nauem ſoluerit tempeſtate
Noto carinam ruperit
pinguis ſ. cadauer tuum ad litus reiectum.
k
Opima quod ſi preda curuo littore
extenta tales aues
l
Porrecta mergos iuuerit:
m ſacrificabitur
Libidinoſus immolabitur caper
quoniam ille cauſa mortis fuerat.
Et agna tempeſtatibus.

k OPIMA preda. Corpus meum intelligamus ex quo appareret pinguem fuiſſe.

l MERGOS iuuerit. Quia te paſcentur mergi aues aquaticę ſunt a facilitate mergendi noiati

m LIDINOSVS cape. Similitudini impudici & petulanti poetę animal comparat immo landum. ſi mortis eius voti compos extiterit.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

Argumentum odes. XI.

a Mico pectio ſcribens Horatius ait verſus componere non iuuare ſe vt olim eſt graui amore perculſus lyciſti pueri. Hoc dicit uſq; ad finem.



Ode.xi. Ad Pectium.

p.n.illius ad quem ſcribit — delectat
n
p Ecti nihil me ſicut antea iuuat
Scribere verſiculos amore percuſſum graui
exequitur
Amore qui me preter omnes expetit
obſcena ſunt.
Mollibus in pueris atq; in puellis vrere: ☜
o — tertius annus
Hic tertius december ex quo deſtiti
p.n.amice
Inachia furere. ſiluis honorem decutit.
p — oſtendit amatorum miſerias
Heu me per vrbem: nã pudet tãti mali ☜
ego horatius
Fabula quanta fui conuiuiorum & penitet
p quibus — animi egritudo
In quis amantem languor & ſilentium
indicat — ſuſpirium vult deſignare
Arguit & latere petitus imo ſpiritus
q
Contraq; lucrum nil valere candidum ☜
Pauperis ingeniu; querebat applorans tibi
poſtq; — amantis — r
Simul calentis vt inuerecundus deus
vino — ſ — ſecreta
Feruidiore mero arcana promorat loco:
feruet
Quod ſi meis ineſtuet precordijs
.i.diſperdat et a me dimoueat
t — ira
Libera bilis vt hec ingrata ventis diuidat
querimonias intelligit — hoc eſt amorem
Fomenta vulnus nil malum alleuantia
emulis.ſ.qui largiri multa poſſunt cũ ego non poſſum — ſublatus
Deſinet imparibus certare ſubmotus pudor
grauis contineo
v — coram te pectio
Vbi hec ſeuerus te palam laudaueram.
o tu pectio — vt ebrij faciunt.
x
Iuſſus abire domum ferebar incerto pede
inachie ſcz
Ad non amicos heu mihi poſtes & heu
que mihi pernoctanti durum pbebant cubile.
Limina dura quibus lumbos & infregi latꝰ
Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
horatium
Vincere mollicia amor lyciſti me tenet:
pulcherrima ſententia
y
Vnde expedire non amicorum queant ☜
iniurie
Libera conſilia: nec contumelie graues:
ſ.expediet — pulchre
Sed alius ardor aut puelle candide
gracilis
Aut teretis pueri longam renidentis comã.

n PECTI nihil me. Querela de amore ad pectium familiarem ſuum. quo in loco amorem abominãdo oẽs ab illo deterrere conatur. dicit enim ſe amore ita detentum ad faciendũ verſus nec delectationẽ habere nec animũ. Vigilandum eſt igitur & robore plurimo nobis armanda ſũt corda. non eni inuitis incumbet obſtandum eſt ergo principiis frenandi ſunt oculi ne videant vanitates. obſtruende ſunt aures. laboribus aſſiduis eſt premenda laſciuia. blandus quippe incautis ſeſe offert et placiduſ intuitu primo. et ſi recipiatur ſpe leta primo delectat ingreſſu. ſua det ornatus corporũ. mores cõpoſitos. facecias vrbicas. choreas. cantus & carmina. ludos & cõmeſſationes atq; ſimilia. poſtq̃ vero a probatione ſtolida totum occupauerit hominẽ. & libertate ſubacta. mentibus cathenis iniectis & vinculis. differentibus preter ſpem votis ſuſpiria excitat. premit inertes ingenia. nullũ diſcrimen faciẽs inter virtutes & vicia dumodo cõſequatur optatũ. innumero ponẽs hoſtium quecunq; obſtantia. hinc exurentibus flammis infelicium pectora. itur rediturq; & ambitu indefeſſo. res amata perquirit & exiterato ſepius viſu ſemper noua cõtrahunt incendia. & cũ non ſit penitentie locus. itur in lachrimas dictant preces. mellitis delinite blandiciis. inſtruunt lene pmittuntur munera. donant proicit. & nonnunq̃ falluntur cuſtodes. & ſepta vigiliis capiũtur corda. et in concubitos qñq; deuenit amplexus. tũc pudoris hoſtis & ſceleris ſuaſor rubore & honeſtate fugatis parato volutabro porcis & grunnientes fugit illecebras coitus. Tũc ſobrietate reiecta. cerere & bacho ferues aduocatur venus. noctesq; tore ſpurcido conſumunt luxu. Nec ob id ſemper furor extinguitur iſte qui imo perſepe in ampliorem inſaniã auget. obliuaſcantur honores. effundant ſubſtancie. armenẽ odia. & vite ſepiſſime ſubeantur pericula. nec caret iſta doloribus. interueniunt rixe & paces tenues rurſum ſuſpiciones & zelus animorum conſumptor & corporum.

☞ o HIC tertius december Ordo eſt. Hic tertius december decuit honorem ſiluis ex quo deſtiti furere inachia. in decembri autem folia cunctis pene arboribus excidunt. pauce enim excipiuntur.

☞ p HEV me. ordo eſt. Heu me quanta fabula fui per vrbem nam pudet tanti mali. & penitet conuiuiorum.

q CONTRA q; lucrum. quer ebatur quod lucrum nihil valeret contra ingenium candidũ. Sententia eſt. quod non proſit ſibi quod ceteris prodeſſe ſolet. nã qui pauperes ſunt. quoniam cura rerum neceſſariarum aſſiduo premũtur. ſolent aut nõ incidere in amorẽ aut pleraſi facile inde liberari. Amor enim ex ocio & laſciuiori vita naſcitur. Negociis autem & labore facile pellitur. Ouidius. ocia ſi tollas periere cupidinis arcus.

r INVERECVNDVS deus Vel bachus vel cupido. ii. enim reddunt inuerecundos.

ſ ARCANA promorat. Latius ſuperius multis in locis de vini effectu patuit eſt aũt ſenſus quod vbi vino incaluerat ſecreta ſua pectio manifeſtabat conquerens quod eius ingenium cãdidum nil valeret apud auaram meretricem. hinc & Ouidius li. ii. de arte. Ipſe licet venias muſis comitatus homere. Si nihil attuleris ibis homere foras.

t LIBERA BILIS i. deſt ira libera quidem ab amore.
v VBI hec. Oſtendit quod ſepeira parciti amatores magnifice aduerſus amorem loquuntur Sed paulopoſt iterum reſurgit amor a quo victi rurſus illi cedimus & in eius ditionem redimus. Ergo & poeta cũ hoc propoſito a mecœnate domũ rediret inter eundem a propoſito deiectus a via ſua ad edes amice deflectebat.

x INCERTO autẽ pede. Vacilantia principio animo domũ ne ad amicã ſe reciperet hinc eni ira. illic amor diuerſa ſuadebat. vt modo aliquot paſſus huc. aliquot rurſus illuc dirigeret.
y VNDE expedire. Duo ſunt que multum valent ad fugandũ amores. aut recta conſilia amicorum qui & rationibus & auctoritate nos moueant. & iniurie a reamata accepte. Additur poſtremo vltimũ remedium. vt ſi non poteſt tolli amor fiat permutatio. nã vt eſt in prouerbio Clauus clauo truditur ſic amor amore tollit. hinc Ouidius. Succeſſore nouo tollit ois amans.

Argumentum odes.xii.

IN mulierem & deformem & olentem hic inuehitur. que quidem ſepe horatio tum munera tũ litteras mittere ſolebat veneris gratia. Hoc dicit.

Ode.xii. in mulierem libidinoſam.

a QVIS tibi &c. Satis obſcena que hac ode dicuntur.

